AHS Legajo 608-7
(1)
1495

Cax. 2ª de Medio. Leg. 1. N.º 20.

Requirim.to de un Cardenal Camarero de Alex.º 6.º a todos los Patriarcas &c.ª para que al S.r Fundador se le guarden todos los fueros anexos al Protonotariato; fho en Roma a 20 de Sept.e de 1495.

Raphael

Miseratione divina Sancti Georgii ad Velumaureum Sancte Romane ecclesie Diaconus Cardinalis domini pape Camerarius Universis et singulis Reverendissimis et Reverendis in Christo patribus et dominis dominis eadem miseratione et dei gratia Patriarchis Archiepiscopis episcopis electis eorumque vicariis et officialibus quibuscumque necnon venerabilibus et religiosis ac circumspectis viris dominis Abbatibus Prioribus Prepositis Decanis Archidiaconis Scolasticis Cantoribus Custodibus Thesaurariis Sacristis Archipresbiteris aliisque personis in quibuscumque dignitatibus constitutis et tam Cathedralium et Metropolitanarum quam collegiatarum Canonicis parrochialiumque ecclesiarum Rectoribus seu locatenentibus eorundem Plebanis Viceplebanis vicariis perpetuis et Capellanis curatis et non curatis ceterisque presbiteris clericis et monasteriorum quorumlibet ordinum quorumcumque exemptorum et non exemptorum Prelatis capitulis et conventibus ac officialibus eorundem [illegible] Conservatoribus Subconservatoribus Capitaneis aliisque Iudicibus quibuscumque ordinariis et extraordinariis Delegatis Subdelegatis ac omnibus aliis et singulis Clericis Notariis Tabellionibus publicis in Civitatibus et diocesibus [illegible] ac alias ubilibet constitutis quibuscumque nominibus censeantur et quacumque prefulgeant dignitate Salutem in domino et presentibus fidem indubiam adhibere [illegible] Reverendus pater dominus Rodericus [illegible] Prothonotarius [illegible]

[illegible]

[illegible] Ut autem [illegible] Cumque omnes et singuli Prothonotarii [illegible]

[illegible] Ceterum [illegible]

[illegible] Et si forte [illegible]

[illegible] In quorum fidem [illegible] Datum Rome [illegible] Die vero vicesimaseptima Septembris Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri divina providentia [illegible] pape Sexti Anno Quarto.

[illegible] Cepti [illegible]

Año 1495

R 1777

1502
AHUS Legajo 608-7
(2)

Cax. 2. de Medio Leg. 1. N.º 21.
13

Autenticado el Proceso de Protonotario &c.ª
et de fructibus in absentia. (Este rotulo està
de letra del S.r fund.or en el reverso dela oja blanca)
Fue fho en Sevilla a 28 de Ag.to de 1502 a.s

34

+

Don fernando dela torre licenciado en decretos dean e canonigo dela santa iglesia de Sevilla provisor e vicario general en lo spiritual e temporal en la dicha santa iglesia de Sevilla e en todo su arçobispado por el Illmo. e Rmo. señor padre e señor don diego furtado de mendoça por la miseraçion divina Cardenal de España patriarca de alexandria arçobispo de Sevilla juez apostolico subdelegado a todos los venerables e religiosos señores ... [illegible] ... presentes e gracias conçedidas al señor prothonotario don Rodrigo de Santaella arcediano de Reyna e canonigo dela dicha santa iglesia de Sevilla por la santa sede apostolica ... delos dichos ... [illegible] ... salud e gracia. Raphael

Miseratione divina Sancti Georgii ad velum aureum Sancte Romane ecclesie diaconus Cardinalis domini pape Camerarius Universis et singulis Reverendissimis et Reverendis in Christo patribus et dominis eadem miseratione et dei gratia patriarchis Archiepiscopis Episcopis electis eorumque vicariis et officialibus quibuslibet Necnon venerabilibus et Religiosis ac Circumspectis viris dominis abbatibus prioribus prepositis decanis Archidiaconis Scolasticis Cantoribus Succentoribus Thesaurariis sacristis Archipresbiteris aliisque personis in quibuscumque dignitatibus constitutis et tam Cathedralium et Metropolitanarum quam collegiatarum Canonicis parrochialiumque ecclesiarum Rectoribus seu loca tenentibus eorundem plebanis vice plebanis vicariis quoque perpetuis et Capellanis Curatis et non Curatis ceterisque presbiteris Ecclesiarum et Monasteriorum quorumlibet ordinum quorumcumque exemptorum et non exemptorum prelatis Capitulis et conventibus ac officialibus eorundem Necnon magistris heremite provincie Iusticiariis Auditoribus officialibus Conservatoribus Subconservatoribus Capitaneis aliisque Iudicibus quibuscumque ordinariis extra ordinariis delegatis subdelegatis omnibus aliis et singulis Clericis notariis tabellionibus publicis in civitatibus et diocesis Ispalen. Toletan. Segobien. Abulen. Salamantin. palentin. burgen. Conchen. et Seguntin. ac aliis ubilibet constitutis quibuscumque nominibus censeantur et quacumque prefulgeant dignitate Salutem in domino et presentibus fidem indubiam adhibere vestrisque huiusmodi ymmo verius apostolicis firmiter obedire mandatis Noveritis quod nuper Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus alexander divina providentia papa sextus Reverendum patrem dominum Rodericum de Santaella Canonicum Ispalensem in theologia magistrum familiarem suum et ipsius sedis prothonotarium ceterisque aliis suis et dicte sedis prothonotariis aggregando gratiose recepit atque admisit et deinde prefatus dominus noster papa volens nonnullorum summorum pontificum predecessorum suorum vestigiis inherere eundem dominum Rodericum prothonotarium favore prosequi gratioso ipsumque omnibus privilegiis indultis honoribus libertatibus et exemptionibus per suos predecessores suis et dicte sedis prothonotariis huiusmodi concessis per suas litteras apostolicas ac etiam gaudere voluit pariter concessit volens nihilominus et ordinans ipse dominus noster papa ac auctoritate apostolica committens quod tam super premissis quam etiam super exemptionibus dudum per felicis recordationis Johannem xxii et clementem vi Romanos et universalis ecclesie huiusmodi summos pontifices predecessores suos universis et singulis tam ordinariis quam delegatis aliisque quibuscumque personis quavis auctoritate fungentibus auctoritate apostolica districtius fuit inhibitum ne ipsi contra eorundem et dicte sedis prothonotarios aliosque officiales et familiares aut ipsorum aliquem quavis occasione vel causa absque eiusdem sedis licentia speciali per suas litteras eis concedenda et de thenoribus litterarum earundem plenam mentionem faciens procedere valeant nec in eos seu ipsorum aliquem excommunicationis suspensionis vel quasvis alias sententias sive censuras promulgare presumerent quoquo modo in quibus quidem decreverunt ex tunc irritum et inane quicquid contra inhibitionem huiusmodi contingeret attemptari Et subsequenter etiam voluerunt quod nos camerarius prefatus seu quicumque alius dictum Camerariatus officium tenens seu eius vices gerens per nos vel alium seu alios prothonotariis et aliis officialibus huiusmodi inhibitiones prenarratas ...

vel speciales per suas litteras inviolabiliter observari nec non omnibus et singulis supradictis dominus com-
missum fuerit notificari et intimari omniaque alia et singula iuxta suas et predecessorum suorum scripturas
concessionis huiusmodi plenarie adimpleri faciant, atque procurent contradictores et rebelles per
censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc
si opus fuerit auxilio brachii secularis, non obstantibus omnibus et singulis que prefatus dominus noster papa et alii
summi pontifices prohibuerunt in predictis concessionibus et cetera qualitercumque voluerunt non obstare. Ut
Autem prenominatus dominus Rodericus prefati domini nostri pape et sedis apostolice officialis et protho-
notarius omnibus et singulis privilegiis immunitatibus et exemptionibus prothonotariis famili-
aribus ac aliis officialibus apostolice huiusmodi ut premittitur concessis uti possit et gaudere debeat, cumque
omnium et singulorum prothonotariorum et officialium predictorum ac aliorum quorumcumque prefate
sedi immediate subiectorum correptio punitio tuitio et defensio nec non omnium causarum
suarum cognitio et determinatio de antiqua et observata consuetudine ad nos Camerarium
prefatum seu alium pro tempore existentem seu eius vices gerentem ratione dicti Camera-
riatus officii spectare et pertinere noscatur, ac imputare pro ut ipsius Camerariatus officii
huiusmodi incumbit officio eidem domino Roderico oportune providere volentes, idcirco de mandato sanc-
tissimi domini nostri pape prefati super hoc vive vocis oraculo nobis facto ac auctoritate nostri Camerari-
atus officii vos omnes et singulos supradictos quibus presentes noster processus dirigentur
tenore presentium requirimus et monemus primo secundo et tercio ac peremptorie vobisque et vestrum
cuilibet in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis aliisque infrascriptis sententiarum
penis mandamus districte et inhibemus quatenus ex tunc inantea vel saltem infra sex dierum
spatium post presentationem seu notificationem presentium vobis seu alteri vestrum factas im-
mediate sequentes, quos sex dies duos pro primo duos pro secundo et reliquos duos dies vo-
bis universis et singulis supradictis pro tercio et peremptorio termino ac monitione cano-
nica assignamus, prefatum dominum Rodericum contra formam exemptionis et inhibitionis huiusmodi
quavis aucte occasione vel causa de vestro officio seu alias quovis modo nullatenus inquietetis aut
molestetis citando monendo excommunicando arrestando multando seu moneri citari excommuni-
cari arrestari seu multari faciendo aut perturbando iniuriando dampnificando nec etiam
contra eum et eius beneficia fructusque redditus et proventus iura obventiones et emolumenta
ex eisdem provenientes et provenientia ac alia bona quecumque eidem domino Roderico quomodolibet
et quacumque causa seu titulo spectantia et pertinentia in iudicio vel extra procedere aut procedi
facere publice vel occulte directe vel indirecte quovis quesito colore presumatis seu attemptetis
quoquomodo seu alias procedi mandetis. Et si veritatis dicti adiutus sui exemptionis ad prothonotariatus
officium huiusmodi in aliquo contra eum eiusque res et bona predicta quecumque sive propria au-
ctoritate sive alias quovis modo processeritis seu procedi feceritis id totum revocetis cassetis
annulletis et in statum pristinum reponatis et reducatis, quod nos etiam de mandato
et auctoritate predictis tenore presentium cassamus annullamus ac in statum pristinum pristinum
reponimus et reducimus non obstantibus quibuscumque emanatis per eundem dominum Rodericum pro-
thonotarium prestitis vel imposterum forsitan prestandis, ac omnibus aliis supradictis
super quibus omnibus et singulis de mandato et auctoritate predictis ipsum dominum Rodericum
absolvimus et cum eo dispensamus, volumus tamen prout prememorati Romani pontifices etiam
voluerunt quod si aliquid enorme per dictum dominum perpetratum aliquo modo fuerit vel in
posterum committi contingat vos super hoc plenius informetis et informationem huiusmodi nobis
in forma debita transmittere studeatis ut exinde ministrare possimus iustitie complementum.
Et vobis aliter
Quod si forte premissa omnia et singula prout vos omnes et singulos tangit et
contumaciter distulerit
vel divisim mandamus et inhibemus non adimpleveritis cum effectu
aut
rite adimplere seu in premissa vel in premissorum aliquod per vos vel alium seu alios pu-
blice vel occulte directe vel indirecte quovis quesito colore feceritis seu fecerit quominus prefa-
tus dominus Rodericus privilegia indulta et exemptiones huiusmodi libere assequi possit et valeat
vel alias contra inhibitionem prenarratam in quacumque causa vel negotio contra eum
eiusque res et bona predicta quecumque ratione beneficiorum suorum spectantes et pertinentes
ac spectantia et pertinentia processeritis quoquomodo aut processum iam forte factum
non revocaveritis cum effectu dictorum sex dierum canonica monitione premissa nos
in vos omnes et singulos et generaliter in contradictores quoslibet et rebelles in hac
parte excommunicationis in capitula vero monasteria et conventus in hiis delinquentia suspen-

tionis adiunxis et in ipoz ecclias monasteria et loca interdicti ecclastici sententias ferim9 in hijs
scriptis ac etiam promulgam9 vobis vero patriarchis Archiepis Epis et confirmatis electis
quibus ob reuerentiam vraz pontificalium dignitatum deferim9 in hac parte si monitionib9
requisitionib9 mandatis et inhibitionib9 nris ymmo verius aplicis non parueritis cum
effectu dictoz sex dierz Canonica monitione premissa ingressum ecclie interdicim9 in hijs
scriptis si vero hmoi interdictum per alios sex dies prefatos sex immediate sequentes sustinu
eritis in aliquo simili Canonica monitione premissa vos in hijs scriptis suspendim9 a diuinis verum
si hmoi interdictum et suspensionis sententias per alios sex dies prefatos duodecim immediate
sequentes animo quod absit sustinueritis seu aliquis vrum sustinuerit indurato similiter
eadem Canonica monitione premissa ex nunc pro ut ex tunc et econuerso vos etiam in hijs scri
ptis excommunicationis sententia innodam9 Ceterum cum ad executionem premissoz vlterius
faciendam nequeam9 arduis quam plurimis in hac Romana Curia legitime prepediti negocijs
personaliter interesse vniuersis et singulis dnis abbatibus prioribus prepositis decanis Archidiaco
nis et Canonicis tam Cathedralium et Metropolitan quam collegiataz parrochialiumque ecclaz
Rectorib9 vicarijs personis et notarijs publicis vbilibet constitutis ac omnib9 alijs et singulis qui
pro parte ipsius dni Roderici fuerint requisiti seu alter eoz fuerit requisitus et eoz cuilibet insoli
dum tenore presentium super premissis et ea tangentibus committim9 plenarie vices nras donec eas
ad nos specialiter et expresse duxerim9 reuocandas quibus et eoz cuilibet in virtute sancte obediencie
et sub excois pena quam in eos et eoz quemlibet nisi mandatis nris ymmo verius aplicis
paruerint cum effectu dicta canonica monitione premissa ferim9 in hijs scriptis auctoritate apo
stolica nobis in hac parte commissa precipim9 et mandam9 Quatinus prefatas exemptiones et
priuilegia vt prefertur per prefatos summos pontifices hmoi prothonotarijs et officialib9
sedis aplice concessa aliaque in hmoi nris litteris et in processu contenta vobis et vrum cuilibet
ac alijs prout expedit intimare in eoz ecclijs atque locis et alibi prout fuerint requisiti fideliter
publicare procurent non permittentes dictum dnm Rodericum per vos vel aliquem vrum commun
iter vel diuisim contra predictorum inhibitionis decreti et voluntate formam et effectum pro
quibus vis causis aut negotijs quomodolibet inquietari vel etiam molestari quinymo con
tra dictores quoslibet et rebelles seu inobedientes et mandata nra ymmo verius Aplica ac inseris
contenta non seruantes vel non exequentes per censuram ecclasticam et alia iuris remedia
oportuna ad obseruationem exemptionum et priuilegioz predictoz appellatione remota compes
cendo ita tamen quod in preiudicium dicti dni Roderici nec in processibus per nos habitis et
sententijs per nos latis absoluendo vel suspendendo aliquid valeant immutare in ceteris autem
que prefato dno Roderico nocere possent vel obesse ipsis et alijs supradictis potestatem omnino
denegam9 presentes autem litteras penes eundem dnm rodericum prothonotarium seu alium
de eius voluntate volum9 permanere et non per vos seu aliquem alium contra eius volun
tatem detineri mandam9 tamen copiam fieri de premissis eam petentib9 et habere debentib9
petentium quidem sumptib9 et expensis Absolutionem vero omnium singuloz qui prefatas
nras sententias per nos vt premittitur latas et promulgatas aut earum aliquam incur
rerint quoquomodo nobis vel superiori nro tantummodo reseruam9 In quoz fi
dem presentes litteras processum nrum hmoi in se continentes fieri et per notarium Camere
aplice infrascriptum subscribi Sigillique nri Camerariatus officij iussimus et fecim9
appensione communiri datum Rome in Camera aplica Anno Natiuitatis dnice Mi
llesimo Quadringentessimo nonagesimo primo die vero vigessima septima Septem
bris Pontificatus Sanctissimi in xpo patris et dni nri dni Alexandri diuina pro
uidencia pp Sexti Anno Quarto. Vniuersis et singulis Reuerendissimis ac Reue
rendis in xpo patrib9 et dnis dnis dei et aplice sedis gratia presentib9 et futuris patriarchijs Ar
chiepis Epis ac venerabilibus et circumspectis viris dnis tam metropolitan quam aliarum
Cathedralium et collegiataz ecclesiaz in quibus venerabilis vir dominus Rodericus de Sancta
ella presbiter yspalen dioc in theologia magister ac Cubicularius et familiaris continuus
comensalis Sanctissimi dni nri pp Sixti beneficia obtinuit et in posterum obtinebit Capitulis
et alijs quorumque locoz ordinarijs omnib9 alijs et singulis quoz interest vel
interesse poterit aut interesse quosque infrascriptum tangit negocium seu tangere poterit
quomodolibet in futurum communiter vel diuisim quibuscumque nominib9 censeantur
et quacumque prefulgeant dignitate Johannes lupi de Segobia decanus ecclie
segouiensis Judex et executor ad infra scripta vna cum quibusdam alijs infra

scripte nrio in hac parte collegio ad illa dati . Quatinus vos vel duo aut unus vrum si et postquam
dicte litere vobis presentate fuerint per vos vel alium seu alios etc a sede aplica specialiter deputatis
Salutem in dno ac presentibus fidem indubiam adhibere et nris huiusmodi ymmo verius aplicis
firmiter obedire mandatis literas Sanctissimi in xpo patris et dni nri dni Sixti divina provi
dencia pp. quarti unam videlicet graciosam cum filis sericeis rubei croceique coloris et aliam
executoriam cum cordula canapis veris bullis plumbeis ipsius dni nri pape more Romane cu
rie impendentibus bullatas sanas siquidem et integras non viciatas non cancellatas neque in aliqua sui
parte suspectas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes ut in eis prima facie apparebat nobis per
prefatum dnm Rodericum de Sancta ella principalem in eisdem literis aplicis principaliter nominatum
tum coram notario publico et testibus infrascriptis presentatas nos ad ea qua decuit Reverentia
noveritis recepisse quarum quidem literarum aplicarum primo graciose et deinde executorie tenores
de verbo ad verbum successive sequuntur et sunt tales **Sixtus** Eps servus servorum dei dilecto
filio Roderico de Sancta ella pbro ispalen diocesis Magistro in theologia familiari nro Salutem et
aplicam ben. grata familiaritatis obsequia que nobis hactenus impendisti et adhuc sollicitis
studiis impendere non desistis Nec non literarum scientia vite ac morum honestas aliaque lauda
bilia probitatis et virtutum merita quibus personam tuam tam familiari experientia quam
etiam fide dignorum testimoniis iuvari percepimus nos inducunt ut illa tibi favorabiliter
concedamus que tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna / Hinc est quod nos volentes te qui
etiam cubicularius et continuus commensalis nr existis premissorum obsequiorum et meritorum tuorum
intuitu favore prosequi gracioso teque a quibusvis excomunicationis suspensionis et interdicti aliisque
ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomo
dolibet innodatus existis ad effectum presentium dumtaxat consequendum effectum harum serie absolventes
et absolutum fore censentes tuis in hac parte supplicationibus inclinati tibi ut in Romana curia
aut altero beneficiorum tuorum residendo seu literarum studio in quo illud vigeat generale insistendo
fructus redditus et proventus quorumcunque beneficiorum tuorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura que in
quibusvis ecclesiis sive locis obtines et in posterum obtinebis etiam si canonicatus et prebende digni
tates personatus administrationes vel officia in cathedralibus etiam metropolitanis vel collegiatis ecclesiis et dignitates
ipse in cathedralibus etiam metropolitanis post pontificales maiores seu in collegiatis ecclesiis huiusmodi principales
fuerint et ad dignitates personatus administrationes vel officia huiusmodi consueverint qui per electionem assumi /
eisque cura immineat animarum cum ea integritate quotidianis distributionibus dumtaxat
exceptis quoad vixeris libere et licite percipere valeas cum qua illos perciperes si
in dictis ecclesiis sive locis personaliter resideres et ad residendum interim in eisdem minime tenearis
nec ad id a quoquam inviti valeas coartari auctoritate aplica tenore presentium indulgemus non obstantibus
si primam in eisdem ecclesiis sive locis personalem non feceris residentiam consuetam ac felicis recordationis Bonifatii
pape octavi predecessoris nri per quam concessiones huiusmodi sine prefinitione temporis fieri prohibentur aquibus
cumque aliis aplicis ac in provincialibus ac sinodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordina
tionibus nec non statutis et consuetudinibus ecclesiarum in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint iuramento con
firmatione aplica vel quavis firmitate alia roboratis etc Et de illis fructibus et non impetrandis literis
aplicis contra ea et vobis literis etc ab alio vel aliis impetratis etc Quouiis concessis non vocati
tu per te vel procuratorem tuum prestiteris hactenus vel in posterum te prestare contingerit forsitan iuramentum
Seu si locorum ordinariis vel quibusvis aliis coniunctim vel divisim a sede aplica sit concessum vel in poste
rum concedi contingat quod personas ecclesiarum suarum civitatum et diocesis etc in dignitatibus personatibus
administrationibus vel officiis consistentes per subtractionem proventuum beneficiorum suorum ecclesiasticorum aut alias compellere valeant
ad residendum personaliter in eisdem Aut si ordinariis predictis ac dilectis filiis capitulis in quibus benefi
cia huiusmodi forsan fuerint capitulis vel quibusvis aliis coniunctim vel divisim ab eadem sit Sede indultum vel in
posterum indulgeri contingat quod personis ecclesiarum civitatis et diocesis predictarum etc in dignitatibus personatibus
administrationibus vel officiis consistentibus non residentibus in eisdem vel que huiusmodi primam in illis non fecerint reside
ntiam fructus redditus et proventus suorum beneficiorum ecclesiasticorum ministrare in absentia minime teneantur et
ad id compelli non possint per literas aplicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum
de indulto huiusmodi mentionem et quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis et literis aplicis generalibus vel specia
libus quorumcunque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus
huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus habenda
sit in nostris literis mentio specialis proviso quod beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura
in eis si qua illis immineat nullatenus negligatur Sed per bonos et sufficientes vicarios quibus de proventibus
beneficiorum eorundem necessaria congrue ministrentur diligenter exerceatur et deserviatur inibi laudabiliter
in divinis Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre absolutionis concessionis et voluntatis
infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omni
potentis dei ac beatorum Petri et Pauli aplorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud sanctum
Petrum Anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo octuagesimo / quarto decimo
kal. Julias pont. nri Anno nono **Sixtus** Eps servus servorum dei dilectis filiis decano /

Segobien. et thesaurario Civitaten. ecclesiarum ac officiali Ispalen. Salutem et apostolicam ben. Hodie dilecto filio
Roderico de Samora clerico presbitero Ispalen. dioc. Magistro in theologia familiari nostro gratiose indulsimus ut
quo ad vixerit in Romana Curia aut in aliquo beneficiorum suorum residendo seu litterarum studio in loco ubi illud
vigeret generale insistendo fructus redditus et proventus quorumcumque beneficiorum suorum ecclesiasticorum cum cura
et sine cura que in quibusvis ecclesiis sive locis obtinebat et in posterum obtineret cum ea integrita-
te quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis percipere valere cum quo illos perciperet si in
dictis ecclesiis sive locis personaliter resideret et ad residendum interim in eisdem minime teneretur
nec ad id a quoquam invitus coartari valeret prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur quo-
circa discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum si et postquam
dicte littere vobis presentate fuerint per vos vel per alium seu alios faciatis auctoritate nostra
eidem Roderico vel procuratori suo eius nomine fructus redditus proventus beneficiorum huiusmodi quo
ad vixerit iuxta predicte nostre concessionis tenorem integre ministrari non permittentes eum
per locorum ordinarios nec non dilectos filios ecclesiarum in quibus beneficia huiusmodi forsan fuerint
capitula seu quoscumque alios ad residendum in ecclesiis sive locis predictis compelli aut alias
contra dicte concessionis nostre formam quomodolibet molestari non obstantibus omnibus que in
dictis litteris voluimus non obstare aut si ordinariis ac capitulis predictis vel quibusvis aliis
communiter vel divisim a sede apostolica indultum existat quod interdici suspendi vel excommuni-
cari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum
de indulto huiusmodi mentionem contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo Datum
Rome apud Sanctum petrum Anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo
Octuagesimo quinto decimo kalendas Julii pontificatus nostri Anno nono. Post quarum quidem litterarum
apostolicarum presentationem et receptionem nobis et per nos ut premittitur factas fuimus per pre-
fatum dominum Rodericum de Smoracella principalem in premissis litteris apostolicis principaliter
nominatum coram nobis personaliter constitutum debita cum instantia requisiti quatenus
ad executionem dictarum litterarum apostolicarum et contentorum in eisdem procedere cura-
remus iuxta traditam seu directam per eas a sede apostolica nobis formam Nos igitur Johannes
lupi de Segobia decanus Judex et executor prefatus attendentes requisitionem huiusmodi fore
iustam consonamque rationi volentesque mandatum apostolicum supradictum nobis in hac
parte directum reverenter exequi ut tenemur idcirco auctoritate apostolica nobis commissa et qua
fungimur in hac parte prefatas litteras apostolicas et huiusmodi nostrum processum et omnia
et singula in eis contenta vobis omnibus et singulis supradictis communiter et divisim
intimamus insinuamus et notificamus ac ad vestram et cuiuslibet vestrum notitiam deduci-
mus et deduci volumus per presentes vos dominos patriarchas archiepiscopos et episcopos capitula aliosque
locorum ordinarios omnesque alios et singulos supradictos quibus presens noster processus diri-
gitur tenore presentium requirimus et monemus primo secundo tertio et peremptorie ac vobis
et vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub penis infrascriptis districte precipiendo
mandamus quatenus infra novem dies postquam pro parte dicti domini Roderici fueritis requisiti
seu alter vestrum fuerit requisitus quorum novem dierum tres pro primo tres pro secundo et
reliquos tres dies vobis universis et singulis supradictis pro tertio et peremptorio
termino ac monitione canonica assignamus fructus redditus et proventus quorumcumque
beneficiorum suorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura que in quibusvis ecclesiis sive locis obtinet
et in posterum obtinebit etiam si canonicatus et prebende ac fuerint prout in premissis
litteris apostolicis plenius continetur cum ea integritate cum qua illos perciperet et haberet si in
ecclesiis ipsis sive locis in quibus canonicatus et prebendas ac beneficia huiusmodi nunc obtinet
et in futurum obtinebit presens et personaliter resideret eidem Roderico aut procuratori
suo ministretis et ministrari faciatis sine difficultate et rebellione et oppositione quibus-
libet debitis et consuetis eorum beneficiorum supportatis oneribus dictumque Rodericum ad resi-
dendum interim in eisdem ecclesiis sive locis nullatenus compellatis et molestetis contra
predictam tenorem seu compelli aut molestari faciatis non obstantibus omnibus et singu-
lis que prefatus dominus noster papa in premissis litteris suis apostolicis voluit non obstare Quod
si forte premissa omnia et singula non adimpleveritis seu distuleritis
contumaciter adimplere mandatisque et monitionibus nostris huiusmodi immo verius apostolicis

non paruerint realiter et cum effectu nos in vos omnes et singulos supradictos qui culpabiles
fuerint in premissis et quemlibet vestrum contradictores quoslibet et rebelles ac impedientes
ipsum dominum Rodericum vel procuratorem suum super premissis in aliquo quominus huiusmodi
fructus redditus et proventus sibi ministrent ac ipsum impedientes dantes auxilium
consilium vel favorem publice vel occulte directe vel indirecte quovis quesito colore cuius-
cumque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis existant ex nunc prout ut
ex tunc et contra singulariter in singulos predicta sex dierum canonica monitione premissa
excommunicationis in capitula vero ecclesiarum in quibus idem dominus Rodericus de Sancta Ella
beneficium obtinet et in posterum obtinebit ut prefertur qui in premissis contradixe-
rint suspensionis a divinis ac in ipsas ecclesias et loca interdicti ecclesiastici sententias
ferimus in hiis scriptis et etiam promulgamus. Vobis vero reverendissimis ac reve-
rendis in Christo patribus et dominis dominis patriarchis archiepiscopis episcopis prefatis dumtaxat
exceptis quibus ob reverentiam vestram pontificalis dignitatis deferimus in hac
parte si contra premissa vel eorum aliquod feceritis seu fieri mandaveritis
per vos vel submissas personas publice vel occulte directe vel indirecte quovis que-
sito colore ex nunc prout ex tunc predicta sex dierum canonica monitione pre-
missa ingressum ecclesie interdicimus in hiis scriptis. Si vero huiusmodi interdi-
ctum per alios sex dies prefatos sex immediate sequentes sustinueritis vos
in eisdem scriptis simili canonica monitione premissa suspendimus a divinis
verum si prefatas interdicti et suspensionis sententias per alios sex dies prefa-
tos duodecim immediate sequentes animo (quod absit) sustinueritis indurato vos et
vestrum quemlibet ex nunc prout ex tunc et contra huiusmodi canonica monitione
premissa in eisdem scriptis excommunicationis sententia apostolica supradicta mandamus. Ceterum
quia ad executionem premissorum ulterius faciendam nequeamus quoad presens persona-
liter interesse pluribus aliis arduis in Romana curia prepediti negotiis uni-
versis et singulis dominis abbatibus prioribus prepositis decanis archidiaconis can-
toribus subcantoribus thesaurariis scolasticis custodibus tam cathedralium quam
collegiatarum canonicis parrochialiumque ecclesiarum rectoribus seu loca tenentibus eorundem
plebanis viceplebanis archipresbiteris vicariis perpetuis quorumque capellanis curatis
et non curatis altaristis presbiteris clericis ceterisque viris ecclesiasticis in quibuscumque digni-
tatibus gradibus vel officiis constitutis notariisque et tabellionibus publicis quibuscumque
per civitates et diocesis ac alia loca huiusmodi in quibus idem dominus Rodericus
de Sancta Ella beneficia obtinet et in posterum obtinebit ut prefertur et alibi ubili-
bet constitutis et eorum cuilibet in solidum super ulteriori executione dicti manda-
ti apostolici usque faciendam auctoritate apostolica supradicta tenore presentium committimus
plenarie vices nostras donec eas ad nos specialiter et expresse duxerimus revocandas
quos et eorum quemlibet in solidum eisdem auctoritate et tenore requirimus
et monemus primo secundo tertio et peremptorie communiter et divisim eisque
nichilominus et eorum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pe-
na quam in eos et eorum quemlibet nisi infra sex dies postquam pro parte dicti
domini Roderici de Sancta Ella principalis fuerint super hoc requisiti seu alter eorum
fuerit requisitus immediate sequentes quos dictis eis et eorum cuilibet pro termino
peremptorio ac monitione canonica assignamus ferimus qui eis in hac parte
committimus et mandamus predicta canonica monitione premissa ex nunc pro-
ut ex tunc et contra ferimus in hiis scriptis districte precipiendo manda-
mus quatenus ipsi et eorum singuli qui super hoc ut premittitur fuerint requisi-
ti seu fuerit requisitus ita tamen quod in hiis exequendis alter eorum alte-
rum non expectet nec unus pro alio seu per alium se excuset ad vos Re-

reverendissimos dominos patriarchas archiepiscopos episcopos nec non decanos, [illegible] archidiaconos, ca-
pitula, canonicos et personas prefatas omnesque alios et singulos supradictos personasque
et loca alia de quibus ubi quando et quotiens expediens fuerit personaliter acce-
dant seu accedat prefatas litteras apostolicas et hunc nostrum processum ac omnia et singula
in eis contempta seu eorum substancialem effectum vobis ceteris et dominis supra legatis
intimari insinuari et fideliter publicare procurent ac huiusmodi fructus redditus et
proventus supradicte prestitationis concessionis continentiam et tenorem prefacto roderico vel
procuratori suo debite et conscriptis supportare oneribus ministrare faciant seu facia-
t dictumque rodericum ad residendum in eisdem ecclesiis suis loco nullatenus procedam[us]
[vel] capitula aut quoscumque alios contra predicte concessionis continentiam et
tenorem [illegible] seu molestare permittant seu permittat. Et nichilominus
omnia alia et singula nobis in hac parte commissa plenarie exequantur iuxta
predictarum litterarum apostolicarum et presentis nostri processus vim formam continentiam et
tenorem ita tamen quod dicti subdelegati nostri vel quicumque alius seu alii in
preiudicium roderici de Samota ecclesiarum predicti principalis vel procuratoris sui vale-
ant attemptare quomodolibet in premissis nec in processibus per nos habitis aut
sententiis per nos latis absolvendi vel suspendendi aliquid innovare in eorum autem
per eundem dominum rodericum principalem nocere possent ipsis et eorum cuilibet et quibus-
libet aliis potestatem omnimodam denegamus et distringimus nos super premissis
in aliquo procedere de quo nobis potestatem reservamus non intendimus per ea com-
missionem nostram huiusmodi in aliquo revocare nisi de revocatione ipsa [plenam] specialem et
expressam in nostris litteris fecerimus mentionem per processum autem nostrum
huiusmodi nolumus nec intendimus nobis in aliquo preiudicare collegis quominus
ipsi vel eorum alter servato tamen hoc nostro processu in huiusmodi negotio procedere
valeant prout eis vel eorum alteri visum fuerit expedire prefatasque quoque litteras
apostolicas huiusmodique nostrum processum ac omnia et singula huiusmodi negotium tangentia
volumus penes [prefatum] dictum dominum rodericum principalem vel procuratorem suum remanere
et non per vos aut aliquem vestrum seu quemcumque alium ipsis invitis
et contra eorum voluntatem quomodolibet detineri contrarium vero facien-
tes prefatis nostris sententiis prout in hiis scriptis late sunt dicta canonica monitione
hoc premissa ipso facto volumus subiacere mandamus tamen copiam fieri de
premissis eam petentium et habere debentium petentium quidem sumptibus et expensis absolu-
tionem vero omnium et singulorum qui prefatas nostras sententias aut earum aliquam
incurrerint sive incurrerit quoquomodo nobis vel superiori nostro tantum
reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimo-
nium premissorum presentes litteras sive presens publicum instrumentum processum
nostrum huiusmodi in se continentes sive continens exinde fieri et per notarium publi-
cum infrascriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli iussimus
et fecimus appensione communiri. Datum et actum Rome in domo nostre solite habita-
tionis sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo septuagesi-
mo indictione decima die vero tertia mensis septembris pontificatus prefati sanc-
tissimi in christo patris et domini nostri Sixti divina providentia pape quarti anno nono
presentibus ibidem venerabilibus viris dominis Alfonso de Santander et Didaco de Simancas
clericis burgensis et segobiensis diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.
Et ego Fernandus Sancii Castillon clericus Seguntinus diocesis publicus apostolica auctoritate
notarius quia premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur
dicerentur et fierent una cum prenominatis testibus presens interfui eaque
omnia et singula supra dicta sic fieri vidi et audivi in notam sumpsi

ex qua hoc presens publicum instrumentum manu mea scriptum exinde confeci subscripsi et
in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis una cum prefati domini de
cani iudicis et conservatoris sigilli appensione signavi in fidem et testimonium omnium
et singulorum premissorum rogatus et requisitus. Nos el muy Reverendo in xpo padre
e señor obispo de malaga ... [illegible] ... e officiales vicarios e a cada uno de vos a quien
esta nuestra carta fuere mostrada salud en nuestro señor dios ... [illegible] ... a los ... [illegible]
... [illegible] ... e a los nuestros mandamientos ... [illegible] ... dichos apostolicos
firme mente obedecer e conplir fazemos vos saber que ante nos paresçio el dicho
... [illegible] ... señor ... [illegible] ... dichos ... [illegible] ... apostolicos ... [illegible]
... [illegible] ... e ... [illegible] ... dichos ... [illegible] ... contenidos
nos ... [illegible] ... dichos ... [illegible]
... [illegible] ... e ... [illegible] ... e ... [illegible]
... [illegible] ... de obidiençia ... [illegible] ... dichos ... [illegible]
... [illegible] ... el dicho señor
... [illegible]
... [illegible] ... de los ... [illegible]
... [illegible] ... prothonotarios ... [illegible]
... [illegible] ... apostolicos ... [illegible]
... [illegible] ... beneficios ... [illegible] ... iglesias
... [illegible]
... [illegible] ... beneficios ... [illegible]
... [illegible] ... el dicho señor obispo de malaga ... [illegible]
... [illegible]
... [illegible] ... dichos ... [illegible]
... [illegible] ... los beneficios ... el dicho obispado de malaga ... [illegible]
... [illegible] ... en los beneficios ... [illegible]
... [illegible] ... el dicho señor ... [illegible]
... [illegible] ... beneficios ... iglesias de la ... [illegible]
malaga ... [illegible]
... [illegible] ... beneficio ... [illegible] ... del dicho ... [illegible]
... [illegible] ... dichos ... el dicho señor obispo de malaga
de los dichos ... [illegible]
... [illegible] ... el dicho señor ... [illegible]
de los ... [illegible]
... [illegible] ... de los dichos privilegios
apostolicos ... [illegible]
... [illegible] ... los dichos mandamientos ... [illegible]
... [illegible]
el dicho señor obispo de malaga ... [illegible] ... el dicho ... [illegible]
... [illegible]
... [illegible]
... [illegible] ... el dicho señor ... [illegible]
... [illegible]
... [illegible] ... el dicho señor ... [illegible]

e por la dicha abtoridad apostolica a nos cometida de la qual en esta parte vsamos vos man-
damos e requerimos e amonestamos en virtud de santa obediencia e so pena
de excomunion a vos el dicho [illegible] obispo de malaga e manda-
mos so la dicha pena de excomunion mayor a los dichos vuestros provisor e ofiçiales
e vicarios e a cada vno de vos que del dia que esta nuestra carta vos fuere notificada
leyda e publicada o della en qualquier manera supieredes [illegible] notificacion
fasta dies dias conplidos primeros siguientes los quales nos vos damos e asignamos
por tres canonicas moniciones e termino peremptorio dando vos e asignando
vos los primeros dos dias por primera monicion e los segundos tres dias por se-
gunda monicion e los terçeros dias vltimos siguientes por terçera e vltima
monicion plazo e termino peremptorio [illegible] del dicho termino vos ynhi-
bays de [illegible] de la dicha [illegible] contra el dicho [illegible] e [illegible]
e dexeys que [illegible] las dichas [illegible] e [illegible] dichos en
[illegible] al dicho [illegible] que [illegible] de la
dicha yglesia de [illegible] [illegible] que [illegible]
e le dexeys libre [illegible] de los dichos previllejos apostolicos
e de los guardeys e cunplays e fagays guardar e cunplir [illegible]
[illegible] en todos e cada vno dellos [illegible] en cosa alguna
no vos entremetays a [illegible] de [illegible] al dicho
[illegible] que los dichos previllejos apostolicos [illegible]
[illegible] sujetos e [illegible] subjecto a la santa sede apostolica
en qualquier manera [illegible] no [illegible] el [illegible]
los dichos previllejos apostolicos [illegible] de la [illegible]
[illegible] e de los [illegible] contra el dicho [illegible]
[illegible] los dichos terminos [illegible] que [illegible]
ponemos e promulgamos en vos el dicho [illegible] obispo de malaga [illegible]
de los [illegible] ofiçios e de la entrada de la yglesia e en vos los dichos provisor
e oficiales e vicarios e en cada vno de vos que lo contrario fizieredes [illegible]
de excomunion mayor en estos escriptos e por ellos [illegible] mandamos
a qualquier clerigo capellan notario [illegible] que esta nuestra carta fuere
[illegible] a vos la lea e notifique [illegible] que nos lo veamos
e fagamos lo que con derecho devamos en testimonio de lo qual mandamos dar
e dimos la presente firmada de nuestro nonbre e [illegible]
[illegible] del notario [illegible] dada en la dicha cibdad de [illegible]
a veynte e ocho dias del mes de agosto año del nasçimiento de nuestro salvador Jhesu Christo
de mill e quinientos e dos años

Petrus Hispalensis

Antonius de [illegible]
publicus apostolicus notarius

Del offº de Protnotº

~~Nº 3º del caj. 2º de en m. leg. 6~~

Declaraçõ de madera que esta en el Archivo esta original el titulo de Prothonotario de Panama

Diligençias hechas en el cabildo de Pana para el offiçio de Protonotario

Autenticado el dicho titº del prºt dicho tºi fs 25 [illegible]

1496

AHUS Legajo 608-7
(3)

Cax. 2. del Medio Leg. 1. Num.º 22.

Instrum.to del Juram.to que hizo el S.or Fundador
para exercer el titulo de Protonotario.
fho en Guadalaxara año de 1496 dia 14 de Junio.

35

DIDACUS

Hurtado de Mendoça Miseratione divina Archiepiscopus Sancte Ecclesie
Hyspalensis &c. Iudex commissarius & executor ad infrascripta unacum quibusdam aliis infrascriptis nostris in hac
parte collegis cum illa clausula quatenus vos vel duo aut unus vestrum a sede apostolica specialiter deputatus. Universis et singulis
presentes litteras sive presens publicum instrumentum inspecturis, lecturis pariter & audituris Salutem in domino et presentibus fidem indubiam adhibere. Litteras Sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Alexandri divina providentia pape VI in pargameno & verbis latinis scriptas eius vera
bulla plumbea cum cordula canapis more romane curie impendenti bullatas sanas siquidem et integras non viciatas non
cancellatas neque in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vicio & suspicione carentes ut in eis prima facie apparebat nobis
per venerabilem virum Rodericum de Santa ella Canonicum dicte Sancte Ecclesie nostre Hyspalensis principalem in eisdem litteris
apostolicis principaliter nominatum coram notario publico apostolico Secretario nostro & testibus infrascriptis presentatas nos cum ea qua decuit reve
rentia noverit recepisse. huiusmodi sub tenore. **ALEXANDER** Episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus
Archiepiscopo Hispalensi & Episcopo Pacensi ac dilecto filio thesaurario ecclesie Hispalensis Salutem & apostolicam benedictionem. Cum nos
hodie dilectum filium nostrum Rodericum de Sancta ella Canonicum Hispalensem in theologia magistrum in nostrum et apostolice
sedis notarium graciose motu proprio receperimus ac aliorum nostrorum et dicte Sedis notariorum numero & consortio favora
biliter aggregaverimus prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Nos igitur Roderici ne pro prestando nobis
et Romane Ecclesie solito iuramento ad romanam curiam veniendo fatigetur laboribus & expensis parcere vo
lentes discretioni vestre per apostolica scripta motu simili mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum ipsi Roderico
recepto prius ab eo nostro et dicte Ecclesie nomine fidelitatis debite iuxta formam inferius annotatam insignia officii sui
antedicti impendatis. ac formam iuramenti quod ipse Rodericus prestabit nobis de verbo ad verbum per eius patentes
litteras vestro sigillo signatas per proprium nuncium quantocius destinare curetis. Tenor vero forme predicte se
quitur et est talis. Ego Rodericus de Sancta ella Canonicus Hispalensis Notarius domini nostri pape ab hac hora in antea
fidelis ero beato Petro Sancteque Romane Ecclesie & domino meo domino Alexandro pape VI eiusque successori
bus canonice intrantibus non ero in facto consilio consensu vel auxilio ut vitam perdant aut membrum vel ca
piantur mala captione. Consilium quod per se vel nuntium suum aut litteras mihi credituri sunt signo verbo
vel nutu me sciente ad eorum dampnum vel preiudicium nemini pandam. Si vero dampnum eorum tractari sciero
pro posse meo impediam ne fiat. quod si per me impedire non possem per nuntium aut litteras eis significare
curabo vel illi per quem citius ad eorum noticiam deveniat. papatum romanum et regalia Sancti petri et omnia
iura Romane Ecclesie que habet ubique manutenebo totis viribus & defendam. ac adiutor ero ad re
cuperandum contra omnes homines pro posse meo negotia mihi a domino nostro papa commissa vel committenda
fideliter geram et sollicite procurabo. Notariatus predicti officium fideliter exercebo nil addendo vel minuendo
sine voluntate domini nostri quod mutet substantiam. actus mihi impositi attestationes super negotiis maxime
sanctorum canonizandorum respicientibus fideliter in scriptis imponendas mihi in consistorio et redigendas
in publicam formam fideliter redigam et omnia alia quibusque imponentur mihi per dominum nostrum fideliter peragam.
dolum seu fraudem contra ipsum officium non committam nec committi consentiam. Et si sciam aliquem dolum seu fraudem
circa illud committentem domino nostro quantotius commode potero revelabo. Litterasque expediri debentes in can
cellaria maliciose non impediam nec impediri consentiam. impugnantes vero litteras in cancellaria predicta par
tibus seu procuratoribus vel personis aliis per quas pervenire possit ad eorum noticiam minime re
velabo. Secreta etiam alia ipsius cancellarie que secreta esse cognovero secrete tenebo. eaque scienter
nemini pandam. Supradicta itaque omnia et singula promitto et iuro attendere et observare sine omni dolo
& fraude ac malitia sic me deus adiuvet & hec Sancta dei Evangelia. Datum Rome apud
Sanctum Petrum anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo Nonagesimo. Quinto Non. Septembris
Pontificatus nostri Anno Quarto. **POSTQUAM** quidem litterarum apostolicarum presentationem & receptionem nobis
& per nos ut premittitur factas fuimus pro parte prefati Roderici de Sancta ella coram nobis personaliter constituti
debita cum instantia requisiti quatenus ad executionem dictarum litterarum apostolicarum et contentorum in eisdem procedere
dignaremur iuxta traditam seu directam per eas a sede apostolica nobis formam. Nos igitur Archiepiscopus Iudex & exe
cutor prefatus attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam & rationi consonam volentesque mandatum apostolicum
supradictum nobis in hac parte directum reverenter exequi ut tenemur. Idcirco auctoritate Apostolica nobis commissa
& qua fungimur in hac parte ipsi Roderico recepto prius ab eo prefati domini nostri pape & dicte que
Sancte Romane Ecclesie nomine fidelitatis debite solito iuramento iuxta formam superius annotatam

Pacts que per eum sacrosanctis evangeliis in signum prestiti notariatus officij ac eadem te impendi
ac forma prestiti sunt prefato Sanctissimo domino nostro pp. de verbo ad verbum per nostras patentes litteras
nostro sigillo signatas per proprium nuntium quantotius destinare curabimus. Quas quidem
prefatas litteras apostolicas huncque nostrum processum ac omnia et singula in eis contenta vobis omnibus
et singulis supradictis communiter vel divisim intimamus insinuamus et notificamus ac
ad vestram et cuiuslibet vestrum notitiam deduci volumus per presentes. In quorum omnium et sin
gulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras sive presens presens instrumentum processumque
huiusmodi in se continentes sive continens exinde fieri et per notarium publicum apostolicum secretarium nostrum infrascriptum
subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli impressione iussimus et fecimus communi
ri. Datum et actum in civitate Guadalfaiara. Sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo
nonagesimo sexto indictione decimaquarta die vero martis decima quarta mensis junij
Pontificatus eiusdem Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Alexandri divina providentia pp. VI.
anno sexto. presentibus ibidem venerabilibus viris dominis. Alfonso Castrillo ecclesie Abulensis can
tore et Joanne de ... in decretis licenciato et Petro Martino clerico et alijs testibus
ad premissa ... et rogatis.





Et ego Joannes de Trevenga clericus toletanus diocesis
publicus apostolica auctoritate notarius quia prefatis litteris
apostolicis presentationi et receptioni una
prestationi omnibusque alijs et singulis dum
sicut premittitur dicerentur et fierent una cum
prenominatis testibus presens interfui eaque omnia
in notam sumpsi ideo hoc presens publicum instru
mentum propria manu scripsi signoque nomine meis
solitis signavi in fidem et testimonium
premissorum rogatus et requisitus

Juram.to del s.r fundador
para el off.o de proto not.o

N 2. del caj. de en m.o leg.o 4.o